Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



erat. Erat autem verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebant
quid dicebant. Factum est autem cum appropinquaret Iericho, cecus quidam se
debat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam praeuntem, int
rogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quia Ihesus Nazarenus transiret. Et cla
mabat dicens: Ihesu fili David miserere mei. Et qui praibant increpa
bant eum ut taceret. Ipse autem multo magis clamabat: Fili David miserere
mei. Stans autem Ihesus iussit illum adduci ad se. Et cum adpropinquasset
interrogauit illum dicens: Quid tibi uis faciam? At ipse dixit: Domine ut
uideam. Et Ihesus dixit: Domine ut uideam. At Ihesus dixit illi: Respi
ce, fides tua te saluum fecit. Et protinus uidit, et sequebatur il
lum magnificans dominum. Et omnis plebs ut uidit, dedit lau
de domino. Et ingressus Ihesus perambulabat Iericho. Et ecce uir
nomine Zacheus, et hic erat princeps publicanorum, et ipse
diues. Et querebat uidere Ihesum quis esset, et non poterat prae turba
quia statura pusillus erat. Et praecurrens ascendit in arbo
rem sicomorum ut uideret illum, quia inde erat transitus. Et cum
uenisset ad locum, suspiciens Ihesus uidit illum et dixit ad
eum: Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua
oportet me manere. Et festinans descendit et excep
it illum gaudens. Et cum uiderent omnes murmurabant dicen
tes: Quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachee
dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus,
et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. At Ihesus
ad eum: Quia hodie salus huic domui facta est, eo quod et ipse filius sit
abrahae. Venit enim filius hominis quaerere et saluum facere quod per
ierat. Haec illis audientibus adiciens dixit parabolam eo
quod esset prope Ierusalem, et quia existimarent quod continuo regnum
Dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit
in regionem longinquam accipere sibi regnum et reuerti. Vocatis autem
decem seruis suis dedit illis decem minas et ait ad illos:
Negociamini dum uenio. Ciues autem eius oderant illum et mi
serunt legationem post illum dicentes: Nolumus hic regnare
super nos. Et factum est ut rediret accepto regno, iussit
uocari seruos quibus dedit pecuniam ut sciret quantum quisque

Ln. 1. t.

Ln. 1. t.
D. d. v. d. s. p. h.